Gloria in excelsis

DEO.

Anno MDCCLXXIX.

Cum Rex Fridericus II. sub auspiciis Dei O. M. fines Bavariae simulque cura Teutonica tuitus, nunc anno vertente cum exercitu e Bohemia et Silesia superiori rediens, pacem Germaniae reddidisset, eamque Feria Trinitatis laetabundi incolae hujus pagi Deoque gratantes celebrassent; hoc, quod Deus fecit, otium Templo ejus restaurando datum, tectum penitus renovatum, epistyliumque, documentis, quae inerant, revisis, novisque impositis, munificentia quorundam inauratum est.

Ad Seriem Pastorum Longo-Weddingensium a D. Joh. Dieterico b. m. conscriptam sequentia adde. Ultimus erat

IX. Johannes Dieterici. Hadmerslebiae natus — vocatus et officium aggressus DXXI p. Tr. et per annos XLII eodem functus est, summa cum cura et industria, ita, ut consilium auditoribus viam veritatis et salutis ostenderit, sed et ipse coelitus praeiverit, omnibus probitatem, doctrinam prudentiamque eximiam probaverit, templum ipsum suggestu, vasis sacris et Bibliotheca ex propriis sumtibus exornaverit. Tandem hic Vir vere Venerabilis febri maligna correptus, diem obiit supremum Dom: Cantate! die 22 Apr. MDCCLXXXI. anno aetatis LXXXIII. mens. VII. d. XII. Effigies ejus videtur juxta suggestum, monumentum vero, ossa ejus continens, in sacrario huic proximo lapideoque.

Langenweddingen.info

Daniel Lucae, Magdeburgi natus die XVI Novembr. ano MDCLXXXI. A Fer: Michaelis MDCCXIV vices Con-Rectoris Gymnasii Alberti obiit. Deinde a Rev. Capitulo Magd. ao MDCCXXII ad Pastoratum Westerhusanum promotus, et tandem ao MDCCXXX circa F. Epiph. a Principe Serenissimo, Marchione Brandeburgico, Christiano Ludowico. Reverendissimo Praeposito Eccl. Cathedralis Magd. ad Macro Weddingenses vocatus et emerito Pastori Adjunctus constitutus est. Post mortem D. Dieterici hoc munere omni candore et pietate functus est. Finem et muneris et vitae fecit d. XV Jan. MDCCLII anno aetatis Septuagesimo primo; Pastoratus vero Langenweddingensis vicesimo altero. Ossa ejus in choro ante altare condita jacent.

XI. Johann Michael Rennert. Moeckerha-Magdeburg. e conventu Coenobii B. Virginis vocatus a Praeposito Reverendissimo Eccl. Cathedralis, Principe Serenissimo Henrico regiae Cels. ad inchoandam hanc Parochiam, tertia feria Pentecostes MDCCLII introductus; D. VIII p. Tr. demandatum munus suscepit, omnique candore, multum tam infirma valetudine conflictatus, administravit, per annos IX. Correptus febri maligna diem obiit supremum, Fer. I. Adventus erat d. 29 Nov. ao MDCCLXI. aetatis XLI. Ossa eius quiescunt ad altare, prope sacrarium meridi...

XII. Gottlob, Leberecht Weinschenck. Magdeburgensis natus ao MDCCXXI. primum vocatus ad Macro- et Micro-Engersenos in Marchia Vet. Pastorali ibidem munere functus est per VII annos, et quod excurrit. Dehinc a Principe Henrico, regiae Cels. Praeposito Templi Cathedral. Reverendissimo, vocatione e castris in Saxonia data, promotus ad Langenweddingenses. Feria Johannis anni MDCCLXII. demandatum munus suscepit. Psalm 17, 18.

Langenweddingen.info

Gegenwärtig sind

Bey dem Amte Hadmersleben als Ober Amtmann und gewesene Obrigkeit dieses Orts H. O. A. Lambrecht.

Bey der Kirche als Prediger Gottlob Lebrecht Weinschenck

Bey der Schule H. Johan Andreas Koch. Cantor

H. Johan Ernst Christoph Meyerheine. Organist

Frau Dor. Hedwig Hoffmannin. Lehr-frau

Kirchen ~~Vorsteher~~ Frau ... Joachim Floeter

Bey der Gemeinde

Andreas Jacob Lütze Richter

Joachim Plumke. Schöppe

Andreas Floeter Schöppe

Heinrich Drehne Ger. Schöppe

Der Knopf ist wieder aufgesetzt worden d. 5ten Octbr 1779.

G L Weinschenck. P.

Langenweddingen.info

Langenweddingen.info